



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

Ad Religiosos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

est reus quos suo decipit ducatu, S. Ephrem Parenæsi 15. *Operet Majores minoribus formam præbere atque exemplum ad omnem virtutem ut non det occasionem, querentibus occasionem. Res est Sacra Sacerdos, res sacræ non violantur absque sacrilegio. Plura possunt legi in meo Opulculo. Jugum grave.*

Ad Religiosos.

Theodosius Imp. ut est in vitis PP, lib. 2. visitans Abbatem Pastorem ait. *Beati estis vos Monachi quia securi ac liberi de negotiis sæculi, tranquillâ & quietâ perfrimini vitâ, ac solummodo de salute animarum vestrarum habetis sollicitudinem, quomodo ad vitam æternam & cœlestia regna perveniatis. In veritate enim dico tibi, quia cered in regno natus sum, & nunc in regno dego, & nunquam sine sollicitudine cibum capio. Hic & locupum, & felicitatem Religiosi hic magnus imperator delcripsit. Æstimabant hanc suam felicitatem veteres Monachi, ideoque, non ex invidia, sed ut acuerent æstimationem illius in ingressuris Monasterium, ita procedebant ut est 3. p. Vitarum PP. Cùm quis renunciaturus sæculi negotiis in Monasterium se suscipi rogaverit, non ante admittitur quàm diebus decem, vel eo amplius, præforibus monasterii excubans, iudicium perseverantia sue pariter humilitatis ac patientie demonstraverit. Cùmque omnium Fratrum prætereuntium genibus provolvens, & ab omnibus refutatus, & despectus sit, quasi qui non causâ Religionis, sed necessitatis obientu, monasterium optet intrare, multis injuriis affectus experimentum dederit constantiæ &c. Diligentia summâ perquiratur, ne de facultatibus suis inhaerit ei vel unius nummi contagio. Hanc æstimationem status monastici habuit S. Joan. Eleemosynarius, ut scribitur in vita S. Serapionis, ut accusati-
onem qualemcunque sive mendacem sive veracem non susceperit
contra*

contra aliquem circum amictum monachali habitu. Habuit vero jus illam reciendi cum esset Patriarcha, Magna felicitas Religiosi, Bern. Epist. 108. Vobis datum est nosse mysterium regni, quibus & loquitur, nolite timere pusillius grex quoniam Patri complacuit vobis dare regnum. Qui sunt hi? ungue quos prescivit & predestinavit &c. Magnum secretumque innotuit Consilium. Novit Dominus qui sunt eius. Sed quod notum erat DEI, manifestum est hominibus, nec alios sanè dignatur tanti participatione mysterii nisi eos ipsos quos prescivit & predestinavit. Et hanc certitudinem salutis Religiosorum idem ait se reipsa experitum Serm. de quadrupl. debito. In veritate dico vobis quod in veritate estis in via sancta, quæ perducet ad Sancta Sanctorum. Mentior si non ex manibus hujus peccatoris (de seipso loquitur) Monachorum, Novitiorum, & Conversorum anima ad celestia gaudia volaverunt tam libera quam liberata de carcere nostra mortalitatis. Et Serm. ad F. F. de monte DEI. A cella saepe in cælum ascenditur & vix moriens aliquis aut nunquam à cella in infernum descendit, quia vix unquam aliquis nisi in cælo predestinatus in ea usque ad mortem persistit. Filium enim gratia, fructum ventris sui cella nutrit, fovet, amplectitur: &c. morticinum mortuarum affectionum, vel hominem mortuum à corde, locus sanctus, vel terra sancta, nequaquam diu patitur. In iudicio Religiosi non iudicabuntur sed potius alios iudicabunt. Greg. 26. Moral. 20. Non iudicantur & regnant, qui etiam præcepta legis perfectione virtutum transcendunt, quia nequaquam hoc solum quod Divina lex cunctis præcipit, implere contenti sunt: sed præstantiori desiderio plus exhibere appetunt, quam præceptis generalibus audire potuerunt. Matth. 29. Qui reliquistis omnia &c. De quibus Propheta ait Isai 3. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. De quibus Salomon Prov. 31. Cum deus, Ecclesie sponso loqueretur. Nobilis in portis vir ejus quando sederit

cum senatoribus terra. Hi itaque in extremo iudicio non iudicantur & regnant.

Jam verò vitam Religiosi consideremus ab oratione incipiendo, nam in vitis PP. lib. 2. dixit S. Epiphanius. *Eum qui verus monachus est oportet sine intermissione orare, aut certe placere in corde suo.* Jam verò de Oratione hoc documentum datur. S. Nilus. cap. 42. *Si tempore Orationis mens tua circumspicit, nondum intellexisti te ut Monachum orare, quin potius adhuc ex mundo es, & scenam extrinsecus ornas.* S. Ephrem lib. 1. de compunct. cordis. *Quid est quod os tuum orat DEUM, & qua sunt quæ pascis ab eo? forte sæculi hujus requiem & vitam? Si hæc terrena & marentia requiris, meliores te sunt fornicator & latro, hi enim deprecantur ut salvi fiant, & te beatificant quod in hac bona conversatione fallaciter militare conspiciunt.* Sola æterna debent esse materia Orationis religiosi. Jam quod attinet vota quæ faciunt Religiosum, in his prima, est Paupertas, Cùm S. Macarius vidisset apud Theodorum Monachum Codices sacros dixit lib. 5. vit. PP. *Boni sunt quidem actus, sed majus est nihil possidere.* In libro Exhort. SS. PP. Agathon dicebat discipulo. *Ne aliquid tale tibi acquiras, quod Fratri repenti dare pigeat, & per hoc inveniaris mandata DEI transgrediens.* S. Macar. in Epist. ut cùm multo navis undarum ictu obruitur, sic multa possidens Monachus non salvatur. S. Marcus Abbas consultatione cùm anima sua. *Quidam Divites cùm divitiarum suarum minimè amore tenerentur, DEO placuerunt, ut S. Abraham, Job, & David.* Nos verò sine divitiis avaritia vitium in materia abjectissima nutrimus. Ex quo sumus divitiis multo infeliciores, qui, cùm ea quæ plerique cupiunt & admiranantur videamus despicere, occulta tamen, quasi DEUM latere possimus, eorum cupidine laboramus. Non cumulamus aurum sed res vilissimas congerimus. S. Francisci Seraph. sunt verba in schola

Schola Patrum. Pecunia servis DEI nihil est aliud quam diabolus. Monachus cupidus miserimus, quia caret mundo & DEO. Ibid. SS. Patres hanc sententiam repetebant. Monachus aliquid in vita possidens proprium, in morte non merebitur DEI proprium, quod est, misereri. Jam ad Castitatem veniamus. Terul. de pudicit. Terrenum templum DEI citius spelunca latronum appellari potuit à Domino quàm Mechorum & fornicatorum. Greg. in Reg. c. 7. Velut Agni partem sacrificio surripit qui puritatem cordis corporis continentia non conjungit &c. Hinc etiam fatua Virgines in Evangelio notantur, qua lampades paraverunt & oleum non paraverunt, lampades enim paratas habent qui bonam pudicitiam servant in corpore: oleum quoq; habent qui nitorem puritatis tenent in circumspectione mentis suae. Ultimum votum est Obedientiae. Ipericius Abbas lib. 4. vit. SS. PP. Ministerium Monachi est Obedientia, quam quis possidet quidquid poscit exauditur, & cum fiducia Crucifixo adstabit, etenim sic Dominus venit ad Crucem, scilicet factus obediens usque ad mortem. Saul obedivit Patri ne quaereret asinas, factus est Rex. S. Pachomius juxta Regulam ab Angelo dictam, Universos Monachos promptos esse ad obedientiam commonebat, ut hoc compendio facile perfectionis apprehenderent celsa fastigia, cordaque sua in timore Christi diligenter excolerent. Alioqui ut ait S. Posthumus in nomine DEI. Dilectio sine obedientia faciet criminiosum, & conscientiam agram. Idem addit. Quodsi calor solis exarserit & volueris bibere, & Abbas ad te domandum prohibuerit, si vel mente murraveris, deliquisti. Deinde si in via calcaveris spinam, non est e-ducenda donec Abbas praeceperit. Similis doctrina in vita S. Pauli simplicis data à S. Antonio. Quodsi quis citò ad perfectionem venire vellet, non sibi ipsi fieret Magister, nec propriis voluntatibus obediret etiamsi rectum esse videretur quod velit. Et in vita S. Eugenii. Pronuntiant nullatenus posse Monachum prevalere,

vel ira, vel tristitia, vel spiritui fornicationis, nisi prius didiceris mortificare per obedientiam proprias voluntates. E contra si quis non obediat, adducit DEUS in memoriam etiam priora peccata. Quando populus repudiavit Samuelem, ait DEUS non te abiecerunt sed me, in quod Greg. lib. 4. in 1. Reg. cap. 8. Ubi etiam aliquid gravius cernitur, quia cum abiectum Pastorem conqueritur, abjicientium peccata omnia, & Parentum etiam mala memorantur. Juxta omnia, inquit, opera sua que fecerunt a die quâ eduxi eos de terra Ægypti. Summum namque crimen agnoscitur, ad cuius discussionem, in DEI memoria præterita reducuntur. Et quidem nec specie pietatis contra obedientiam licet agere. In vita S. Ephrem scripsit S. Greg. Nyssen. Orabat moriturus S. Ephrem ne corpus suum pretiosâ veste ornatum sepelirent &c. Unus igitur eorum qui aderant, sanè quam nobilis, cum magni pretii vestimentum parasset, quo Divini sonis Corpus induam afficeret sepultura, neglecto quod audiverat mandato. Quare protinus à malo demone percussus quod mandato non obtemperasset, acerbissimas pœnas dabat, seque ante lectulum in quo vir sanctus jacebat, ore ferventes spumas agens dilaniabat.

Sed si Religiosus agat vitam non religiosam, audite quid dicat B. Isaias Abbas Orat. 38. Maledictus qui facit opera DEI negligenter. Vides quomodo DEUS eos qui in servitum se ejus dedicant, & tamen propria voluntati deseruiunt, non adjuvat. Sed deserat, & tradat in manus inimicorum; ex quo fit ut loco honoris quem ab hominibus aucupantur, in dedecus & ignominiam recidant. Et S. Ephrem Parænesi 13. Quomodo ausi sumus nobis remissionem priorum peccatorum à DEO efflagitare, si ipsi non obliviscimur conversationis pristinae? Descripsit verum Monachum S. Greg. 1. Dial. initio. Labentia illi cuncta subter erant, rebus omnibus que voluuntur eminebat, quod nulla nisi celestia cogitare consueverat: quod etiam retentus corpore animus ipsa

ipsam carnis claustra contemplatione transibat, quod mortem
 quoque quae cunctis pena est, videlicet ut expressum vitæ ac laboris
 sui primum amabat. Descripsit & malum Monachum S. An-
 ton. de Padua in Dom. 2. Advent. *Quid existis in desertum
 videre arundinem vento agitatam? Nota quod arundo radicem
 habet in luto, in quo gula, & luxuria; vacua interior, pulchra
 exterior &c. In quo mentis instabilitas designatur, infelix &
 maledictum illud claustrum in quo talis arbor plantatus, & crescit.
 Sed notandum quod S. Basil. in Institut. Contingit aliquando
 ut qualescunque in nobis culpe, aut quantula, humanaque tentatio,
 is qui extra cernuntur improbe meditantibus, pro maximis cen-
 seatur &c. Qui nihil experitur facilem putat omnibus victoriam &c.*

Adeos qui Sacramentum Ordinis accedunt.

QUI accedunt ad sumendam S. Eucharistiam, monet A-
 postolus ut se probent. Quidsi etiam se probare debe-
 ant qui ad conficiendam accedunt, qui Personam Christi ge-
 sturi, qui ejus potestate usuri, qui Mediatores inter Christum
 & populum futuri? &c. Greg. lib. 6. in 1. Reg. c. 3. *Samuel
 ait, sanctificamini & venite mecum ut immolemus. Si interesse
 sacrificiis non audent nisi sanctificati, quid de sacrificandis censen-
 dum? Ante videre debent an à DEO vocati veniant, quia
 ut docet Paulus. Nemo sibi sumit honorem Sacerdotii sed qui
 vocatur à DEO sicut Aaron. Si autem DEUS non vocat, non
 faciat idoneum Ministrum Evangelii, non dabit auxilia &
 gratias ut hoc ministerium ad salutem animæ suæ & aliorum
 obeat. Si enim etiam aliquando vocatis justo suo judicio hæc
 subtrahit, quomodo non vocatus potest illa sperare? Bern.
 Epist. 109. *O Judiciorum DEI abyssus multa, o terribilis in consiliis
 DEUS Super filios hominum! Spiritum donavit quem erat de nudò
 F 3 abla-**